

CAPVT XVIII.

TITVLI INSTRVMENTI DOMESTICI.

(*Addenda ad vol. II p. 951—985 N. 8561—8742.*)

9444 med.¹ Louciliros feced.

Strigilis aenea, prope Corchiano in sepulcro quodam reperta, est Romae in museo villae papae Iulii (Kretschmer Glotta 3, 1910 p. 45 cum tab. adiecta ad apographum et ectypum Bormanni). — 1) Cf. supra N. 8561 not. 1

Amphorae.

9445 Post. Curt.¹

In amphora Tarenti inventa et in alia Syracusana (Eph. ep. 8, 242, 46; X 8051, 26 hanc vidit R. Schoene). — 1) Sic, sed litteris st et rt contignatis, in Syracusana legit R. Schoene, Posi. Cur. in Tarentina Viola. Idem nomen videtur fuisse in fragmento fictili Paestri ut dicebatur reperto X 8042, 130 cf. Herm. 46, 1911 p. 619 not. 3, et in amphora Rhenana Herm. 47, 1912 p. 320. — 1) Est Postumus Curtius, post adoptionem Rabirii dictus Postumus Rabirius, a Cicerone defensus; cf. quae exposui Herm. 46 p. 613 seq. Eiusdem hominis liberti supra N. 4404. 4945 et alibi.

9446 oliva | nigr.¹ | ex defr.²

In collo amphorae, Vindonissae repertae, atramento scriptum (Eckinger Anz. f. schweizer. Altertumskunde 1908 p. 320 tab. XVII fig. 35, 36). — 1) Cf. supra N. 8602. Cat. r. r. 119. Varro r. r. 1, 60. 66. — 2) Cf. N. 8592 not. 1. — In alia amphora eodem loco reperta (l. c. fig. 37) videtur esse thunni.

9447 M. Te[r]en[t]i¹ Artritaci²; | in nave Cn. Senti Omeri, | Ti. Claudi Orpei | vect.³

Pompeii, pictum in amphora (IV 5894 descr. Mau; Sogliano Notizie degli scavi 1905 p. 257). — 1) M. Te xenii legit Mau, M. Terenti edid. Sogliano. — 2) Sic Mau, Artritati Sogl. — 3) Vectura. ‘Non agi de eo quod ipso vase continebatur, manifestum est’ Mau. Inscriptionem amphorae Rhodi effossae (Inscr. Gr. antiquiss. 473): Κορυταὶ ἡνὶ, ἀγε δέ με Κλιτουπλας contulit Sogliano Rendi-conti R. Accad. Lincei 1909 p. 263.

Varia opera figulina.

9448 Lucius | fecit ad | gantun[as]¹ novas — Lucius f.

Wormatiae, in basi parvae statuae fictilis (XIII 10015, 105; Lehner ann. Bonn. 110, 1903 p. 191 fig. 11 cf. p. 193). — 1) Sic potius quam cant-, cf. Lehner Westd. Korr.-Bl. 1904 p. 116; vide infra N. 9449^a.